

viventibus, sed etiam religiosi viri profue-  
re Concina elucubrations. Hoc ut de aliis  
sileam, in Prædicatorum Familia manife-  
stum fuit. Quum alumni eius statim tem-  
poribus facris honestique representationibus va-  
carent in Cœnobis, post editos a Concina  
in Theatra libros temperatior se, nec in-  
quam impolterum eo solati genere le-  
creantur, sed præclaro exemplo Concina-  
næ doctrinæ confirmantur. De Apostolico-  
monachica paupertate liber permovet mul-  
tos, & argumentorum soliditate evicit, ut  
Monachi reverius discipline genus complexi  
sint, & rigidiorum vitæ disciplinam incru-  
ent. Ex dilitis regionibus nonnulli eo quo-  
que se contulerunt, ut inter illos vitam a-  
gerent, & quorum magisterio Concina pro-  
suderat. Quorum quidem rerum testimonia  
laudentissima sunt plures epistolæ ex Ger-  
mania, Hispania, aliisque terris ad Con-  
cinam scriptæ, quas servamus (1). Opus hoc  
idem, atque alias Concina elucubrations tan-  
ti fecere aliquot Familia hominum religio-  
rum, ut eadem non mentis tantum, quam  
facris exercitiis spiritualium temporibus  
perlegerint, eorumque considerationi obtem-  
perant, atque profuerint, oblitentibus il-  
let frustra *Fauris*, aliisque Concinae inimi-  
cis acerbioribus. Quæ porro utilitas ex *Theo-  
logia Christiana* aliisque a Concina editis de  
morali Philosophia libris promanaverit, con-  
ficere facilius est, quam verbis explicare di-  
cendo. Qui antea tantopere Casusibus vena-  
bantur, ut adversus eos ne mustrare qui-  
dem auderent, a Concina excitati in eos  
arma sumerunt, & vigilis, egressis suis  
effecere laboribus, ut famola illa nomina  
*Eusebii*, *Diana*, *Tamburini*, *Caramuolæ*,  
*Bonacini*, *Bulsembi*, *Lacrovini*, qui voluisse  
putantur cœli semitas sternere, & exaggera-  
re, jam humiliter negligentique jaceant,  
& sint quidem in ore multorum hominum,  
sed in manibus paucissimorum. Hinc fa-  
ctam, ut limis oculis Concinae studia resper-  
xerint Probabilitate, eam ceu indolentem in-  
flatis buccis traducendo. Erit vero Concina  
pleraque opinionibus docuerit, quæ rigidiores  
videntur, ipsi tamen Rigostrate nomen affin-  
gere non possunt, nisi qui fuerint aut in  
mortum doctrina plane dissoluti, aut in E-  
vangelii doctrina admodum rudes. Quod si

(1) *Hæc de re præter aliam fidem facit P. Eusebius Amort in Epist. ad Concinam data  
Pollingæ die 3. Octob. A. MDCCXLII, ubi hæc ad rem meam: id in Bavaria efficit  
tua lucubratio (Disciplina-Apostolica-monastica) et Augustinianorum Provincialis  
senio cogit de suorum reformatione in hac causa.*

nota hæc sane nigra Concinae conventus,  
eam procul dubio ipsi insulserunt in celebri  
illo libello, quem edidimus, PP. Societatis,  
quibus nemo subtilis, nemo diligentis O-  
pera ejusdem velavit. Unde nihil mirum si  
aliquot urbium Seminariorum, Collegia, ac re-  
ligiosorum hominum Cœtus Concinaenam  
Theologiam magni faciant, quam plerique  
etiam Episcopi datis ad Clericos Pastorali-  
bus Epistolis commendantur. Hoc præstitit  
nuperime vigilantissimus Novanensis Anti-  
stes Marcus Anselmus *Balbis Berone*. Cæte-  
ra autem, quæ in hujus Operis laudem di-  
ci possent, quoniam jam exstant scripta, ni-  
hil est, quod a nobis hoc loco ingerantur.

## C A P U T XLVIII.

Gratia ejus, & amicitia apud præclarissimos  
Viros.

ERGO Concinae tot libris editis inlu-  
strum, totque virtutibus clarum Viri  
probatæ, & litteris spectatissimi summo-  
re estimantur, siquæ benevolentia, & am-  
icitia dignati sunt. Quæ gratia valent apud  
*Benedictum XIV.* laus clarum ex dictis pu-  
to. Quis porro benevolentia Pontifex vere  
maximus Concinaem viventem complexus est,  
eandem omnino fato functum est profectus,  
quod insignis, atque expressus merito ha-  
beret amoris argumentum. Epistolam En-  
cyclicam, qua funus ejus toti orbi est renun-  
ciatum, & legit libentissime, & in frequen-  
tia hominum commendavit mortui viri vir-  
tutes non sine significatione doloris, atque  
tristitiæ, scilicet quod Ecclesia talem tantum-  
que ministrum amiserit. Apud Cardinalem  
Dominicum *Passioneum* tenuit eum amicitia  
locom, quo nec inlustris, nec conjun-  
ctior excogitari potest conjunxerat scilicet  
eos ethicos mollioris commune extrinseca  
studium. Quamplures Cardinalis hujusce cla-  
rissimi, præter eas quas edimus, epistolaver-  
vamus, in quibus Concinae de rebus lecte-  
rioribus erudit, quod clarus est signum in-  
terioris amicitia. Ea porro sunt exarata hu-  
manitate, atque benevolentia, ut a fratri-  
bus, aut parentibus amiores expectare nec  
deberet, nec posset. Pari omnino loco fuit apud  
Henricum *Henricquetium*, de quo jam supra  
dictum est. Qui quum ad *Benedictum XIV.*

inter

inter purpuratos Patres cooptatus esset, ad  
Concinam protinus scripsit epistolam, in qua  
eum antea magno desiderio teneretur illius  
videndi, ruendusque in ejus amplexum, ve-  
nisse tandem tempus affirmabat, quo Ro-  
mam properaturus suam erga ipsam volun-  
tatem, toties epistolis testatam, se ipsa tan-  
dem declararet. Audito non multo inde post  
Concinæ funere indoluit vehementer, sibi-  
que in magna tribulatione adjumento fuit  
de insignium ejus virtutum memoriam testa-  
tus est, quum tam præclara exempla mor-  
tiens prælulerat. Eadem doctrinæ, & pro-  
bitatis fama Concina floruit apud Cardina-  
les *Amedeum a Lanceis*, *Cavalechinum*, *Valen-  
tem Gonzagam*, *Portocarrerium*, *Rezo-  
nium*, nunc *Clementem XIII.* Prosperum  
*Colanunam*, *Quirinum*, *Besatum*, *Spinellum*,  
alioque, quorum partim edidimus episto-  
las, partim in tempus opportunitus as-  
servamus. Episcopos, & Præfules omnes  
Concinæ benevolentia & amicitia devinctos  
commemorare longum foret; habuit enim  
eos omnes sibi conjunctissimos, in quorum  
Ecclesiis Apostolicam manus obivit. Ex  
amicis vero ejus, qui hæc nostra etate litte-  
ris inclauerunt, & Italiani admodum illu-  
strant, commemorandi cum primis sunt *Lad.  
Antonius Maratorius*, *Joannes Laminus*, *Ca-  
millus Amateus*, *Petrus Andreas Galland*,  
*Jos. Baptista Passerinus*, *Franciscus Xaverius  
Genti*, *Cæcilianus Maria a Bergamo*, *Con-  
stantinus Korigianus*, *Anselmus Borolotti*, *Jo-  
Laur. Berti*, alique, quorum fere omnium  
epistolæ ad Concinaem extant, plene in eam  
benevolentia, atque doctrinæ. Non minori  
gratia apud ipsos vixit; ac precipue apud *Jo-  
Thomam de Boxadori*, modo linguarum li-  
premi Nunotius munere Ord. Præd. Presi-  
dentis Supremum, Nicolaum Augustinianum  
*Obignolum*, Raymundum *Berolatum*, Thomam  
Augustinum *Ricchinum*, Jacobum  
Thomam *Alesianum*, Niceæ ad Varum Fluvium  
Episcopum, Antonium *Valsecchinum*,  
Vincentium Mariam *Blondistillum*, Domini-  
cum de *Genis*, Archiepiscopum Antuer-  
piensem, Josephum Augustinum *Ursium*,  
Vincentium Mariam *Dinellium*, alioque  
plurimos claros pietate, & litteris. Habuit  
tamen, quod dissimulavi haud debet, Con-  
cina ex Ordine suo aliquot sibi parum pro-  
prios, atque adversos (ut fere in quacun-  
que Familia sepe, ipsaque in Societate Je-  
su contingit) qui titulis nescio quibus lu-

cubrations ejus, atque molimina agris ocu-  
lis respexerunt. Quorum rerum Concina mi-  
nime ignarus, memoriam hujusce rei in-  
iunctis ab Apostolico Viri *Francisco Possada*  
apothema ejusdem conlueverat: si sanctus  
scilicet cupis evadere, meminisse debes hoc  
opera tuorum effectum iri: *Je sai da dove  
ni Jano, ricordati, che i tuoi ti hanno asse-  
re*. Cæterum tibi, quas acres in se expartus  
est, tales non sunt, ut nomen ejus, ac vir-  
tutum famam, qua inter suos vixit, aut ele-  
vare, aut obcurare possint.

## C A P U T XLVIII.

Æger Roma discedit, & Litæm ad therma-  
les aquas pergit.

Superest modo, ut de Concina morbo,  
Sæpè obitu dicamus; quod paucis ab-  
solvimus. Atque in his quidem omnibus  
expansionis, enarrandisque, scriptioibus ute-  
mur ejus Conciliorum, quæ ad nostras  
manus casu pervenerant. Ergo Concina  
exeunte A. MDCCII. ob juges labores, &  
asperitatem vivendi disciplinam nervorum  
dextre manus contractione laborare cepit.  
Aliam morbi ejus causam fuisse credunt Je-  
suitarum hostes. Nos vero quoniam quæ ab  
ipsis narrantur, non admodum firma ac ve-  
ra reputamus, ad eis recentendis libentissi-  
me abstinemus. Anho itaque insequenti ur-  
gente morbo Venetias contigit. Quare die  
xxvi. Maii Roma discessit, & die ejusdem  
Mensis humanitate a PP. S. Marci exceptus.  
Ac vix Roma relicta nova, & magna pro-  
fecto in eam adveniens ejus perierantur,  
quæ eo præstante, animosique multorum pre-  
sidentis sua confirmant, de posse allegari de-  
berant. De his machinationibus eum proli-  
sus certiorum fecit *Card. Passioneus* (1),  
cui ea propter humiliter cordi erat, ut  
Romam remigraret, atque hoc modo men-  
daces redderet voces, quæ de eo vulgate  
fuerant. Verum affecta jam admodum va-  
letudine Concina exequi non potuit, quod  
vix optimus postularat. Scripsit tamen epi-  
stolam ad *Benedictum XIV.*, sive ipsi, ac res  
sinas commendavit, ut ex ejusdem Pontificis  
responsis (2) haud obscure colligi posse mi-  
hi videret. Florentie autem a *Coisutis* Prin-  
cipibus insignita habuit benevolentie docu-  
menta; cuncta enim ipsi exhibuerant, quæ  
ad

(1) *Epist. L.* (2) *Epist. LI.*



ad morbi frangendam vim, animique recreandum opportuna videbantur. Quibus ipse tamen uti soluit, cum a deliciis abhorret, & divinam in eo morbo voluntatem secum ipse perpenderet. Dum inter amicos eius multos, maxime forent, ipse solus interitus & hilaris, toroque vultu renidens Venetias ire meditabatur, ut diem ultimum inter suos ageret, quemadmodum a Domino serventissime quotidiana oratione postulabat. At consilio eius obstitere Medici Florentini, quibus ut thermale Lucense aquas experiret, res opportuna vila est, & valetudini ejus admodum profutura profutura. Hinc horum voluntate Locam concessit, ibique in consultationem vocati sunt *Borinus*, & *Lippus* Medici Lucenses, quibus antiorum medicam preparationem sexdem diorum sustinuit, unde felicitas ac utrius balneis uteretur. Qua peracta Balnearia se consultit. Hoc loci non est præterenda mentio *Caroli Serranini*, qui est Conciniam fama tantum nosset, adeo tamen multa in ipsum benevolentie, & amoris singularis signa contulit, ut extra se Concina raptus Deo gratias ageret quammaximas, atque ejus providentiam verbis magnificis prædicaret. At vero cum balnea experiri cepit, omnia infeliciter cessere. Hæc enim vix ingressus sibi intus claudi ventriculum, anhelisque ita eripi perentiebatur, ut illico exire, urgente vite periculo, cogere. Plura inde remedia *Benuentus*, Medicus clari nominis, excogitavit, sed omnia frustra. Ergo balnearum experimentum in aliud tempus dilatum. Toto tamen eo tempore, quo Florentia, & Luxa consilii, est ager admodum, & multis vexatus incommodis, nunquam cessavit a sollicitudinis mortalibus ad bona consilia, atque a frugis optime præceptis suis tradendis, qui ad se invitum veniebat. Quam enim nomen ejus multas provincias occupasset, quocumque pergeret, plurimi, nec infima nobilitatis homines, reperiebantur, qui certabant inter se in colendo, obervandoque viro, moribus, & litteris adeo perornato. Hinc, ut plura omittam, quæ expertus est, existimationis signa, dum *Pilorio* Lucam proficere, obvium habuit *Plicia* Antillitis Generalem, ut vocant, *Vicarium*, alterumque equitem, a quibus *Pliciam* deductus est; cum *Episcopus* ille avertit admodum hominem cognoscere, cujus scriptis tantopere rapiebatur. Hæc & alia in commentariis relata sunt, quæ nar-

rare fassus si poterunt qui scriptioem nostram supplere fortasse possunt, ac voluit. Igitur Concina e balneis Florentiam denuo migravit. Nova ibi remedia Medicis excogitantibus, & quod fere accidit, inter se dissentientibus, Concina horum contrariis divinationibus proficiens, Vegetius properavit, ubi paucos post menses mortuus est.

## CAPUT XLIX.

*Florentia Venetias rediit diem ultimum obiit.*

Florentia relicta Venetias pervenit die iv. Octobris A. MDCCCLV. & quamquam valetudine admodum affecta, tamen gaudens, & alacer, quod iam moriturus oportuno tempore ad suos se se recepisset. Ab hac opinione non multum aberant *Concillius* ejus, eo quod in ipso ingentem spiritum expellendi magnam observabat difficultatem. Medicæ artis hinc accita subdita sunt, nec apparenter quidem frustra. Convulsi enim ita per aliquot dies, ut tardius proinde quam evenit, eum vitam cum morte commutaturum arrolari amici ejus possent. At morbi vis, quæ ope medicaminum sopita erat, non extincta, tantæ denuo Conciniam cepit, compulsi que in lecto jacere; in quo ad obitum usque gravissimis doloribus vexatus est, quin tamen unquam verbum aliquod incommodum pronuntiaverit. Tantum poterat in homine ad patientiam, ac labores nato inveterata animi consuetudo. Hinc facie hilaris, toroque habitu, atque ore composus *Concillius*, alisque ad se venientibus dicebat: *se quidem inter maxima a Deo accepta beneficia longum concessurum morbum, quo sui in terris exitum, decessurum*: serventissimas ad Deum amoris plenas fundebat preces, & peregrinorum navitarumque sensus repetebat lapsimæ, qui post diurna itinera vehementer gestunt, quum jam patriæ propinqui sunt. Die xx. Februarii Anni MDCCCLV. nova rheumatis accensione percussus vere conclamatus est. Postquam illi gratias egisset, a quo mortis nuncium acceperat, & lectulo surgens vivissimum erga Christi Corpus amoris, fidei, atque fiducia plenum alloquium habuit, & media circiter nocte ad æternitatem viatico sese comparavit. Hora duodecima sacro exenatum oleo inunctus est; quum antea veniam a *Concillio* suis adeo ferventi oratione possit-

possidet, ut eorum plerique lacrymas tenere nequaquam poterint. Reliquas inde horas in serventissimis eliciendis fidei, spei, & caritatis actibus inlansit, *Crucifixi* continuo complens, atque excolatus simulacrum. Hoc in statu, scilicet imminente morte, cum vere voces ab imo pectore eieciuntur, & eripitur persona, manet res, a viro gravissimo interrogatus, num altercandi pruriginis, aut livoris castia corlibus exararet? *Sirma*, conlantique voce respondit: *se ad filium Dei gloriam, ipsique Ecclesie utilitatem eos edidisse; cogno impulsu jugiter affectum fuisse, ut a supremo judice se reprehensum iri crederet, nisi eosdem conscripseret*. Cuius quidem rei cum testes ii omnes sint, qui novissimis ejus sermonibus interfuerunt, plane concidit eorum vox, & mendax adparet, qui Conciniam, antequam morderetur, palinodium cecidisse, deque injuriis, quas Patribus Societatis intulerat, veniam postulasse, falso æque ac ridicule in vulgus dissipant. Neque enim hominem injuriarum poenitere poterat, quibus illos nunquam affecerat; quorum alioquin nonnulli ita sunt comparati, ac confidentes, ut eos omnes Dominicanos extremo in agone præstitisse dicant, qui placita Scriptorum Societatis exagitarunt. Quod magis ne ineptum, aut ridiculum sit, videant, qui otio abundant. Concina interita post habitum sermonem, ejus modo meminimus, collegit sese, atque post horam fere dimidiam a luce conscientie judice lalatare expiationem, & indulgentiam postulavit. Inde eidem sibi suggerenti: *quando veniam & apparbo ante faciem Dei?* respondit cito. Tum ipsi bonum esse nuncium repetenti, imo *felix* saubunogue reposuit. Cum vero sepe sibi in memoriam revocaretur: *in manus tuas Domine commendat spiritum meum*, respondebat: & *in locum residui*. In agone autem fere constitutus, *Crucifixi* imaginem comprehendens hæc præmetbat voces: *O quam magna passus es Deus meus! quam gravia sanctorum!* Tandem exitum sui proximum jam adesse perfontens a circumstantibus, stentibusque fratribus petiit, ut consuetum in honorem *Deiparæ* hymnum, *Salve Regina* nuncupatum, pro more præcinerent. Horum voces inte-

riori cordis affectu, quoniam voce non poterat, profectus est; unde novum, atque postremum in terris Sacratissime *Virginis* devoti animi tributum redderet. Tandem ad hymni finem in complexu fratrum, facilem est exitum precantium, verba hæc clara voce pronuncians: *Jesu libenter morior*, diem ultimum obiit hora xvi. diei xxi. Februarii A. MDCCCLV. Hic fuit *Danielis* Concina exitus, Neque sane uberiori virtutum exemplo migrare ex hac vita homo poterat, qui admirabili innocentia, perpetuoque virtutum exercitio dies omnes exegit. Acerbum tuis, luctuosum Ecclesie, & grave bonis omnibus accidit ejus funus, quod eleganti, & gravissima epistola PP. Sanctissimi *Rolarii* Venetiarum renuntiavit (1). Hanc autem licet pluries editam nos iterum evulgamus, ceu repetitis typis dignissimam, & præclaras Concina virtutes non adumbrantem modo, sed plane ac vere experimentem. PP. Societatis uti omnia in Concina laudem prolata, sic hanc epistolam non spreverunt modo, sed divexerunt. Quod si alii fecissent, levius certe conquisitilem; ac intolerabilis proferres res est, id eos præstitisse, qui laudis exterorum prolixo incuriosi suos tantum encomiis dignos putant, & exaggeratis narrationibus nudas læpissime ornant conculcas, bonisque hominibus imponunt. Hoc in P. *Savvitalis* obitu, ut recentiora facta præteream, antea advertit est. Vitam ejus ab homine studioso Societatis scriptam quoque verum vulgavit, atque elissim, lumine ex *Cruce* simulacro prodeunte collustravit, sparserunt per totum orbem; adeo admirabili insuper extortam inscriptione, quam nemo sanus probare possit. At efferant suos PP. Societatis, sed non invident ipsi, qui viros commendatissimos laudibus, verique præconibus extollunt. Celebrantur inde Concina nomen, ac memoriam plures Scriptorum, quorum de eo laudes, quam notæ sint, in locum hunc denuo ingrederent non videntur. His addat ego *Epiphanium*, quod fuso incidendum, quo Concina corpus contegitur, composuit *Vir* amoniorum, leviorumque *Mularum* autor, cum in primis aureis moribus, & calligantior ethices clarus, ac laudatissimus Professor.

(1) Vide infra.



DANIEL. SVB. HOC. EST. CONCINA. SITVS. SAXO.  
 PATRIÆ. SVIQVE. CLARVS. ORDINIS. SPLENDOR.  
 QVI. RECTVS. IPSE. FERVIDOQVE. VIRTVTIS.  
 INCENSVS. ARDORE. ENTHEA. TONANS. VOCE.  
 SCRIPTISQVE. FORMIDATVS. ITALVM. PRIMVS.  
 CAPVT. AVSVS. EXSERERE. SACRVM. INTVLIT. BELLVM.  
 MORVM. LICENTIA. ET. HOSTIVM. TRVCS. RISIT.  
 VICTOR. CATERVAS. SPIRITVM. VSVQVE. AD. EXTREMVM.  
 FORTI. ET. TENACI. PROPOSITI. ANIMO. OBDRVANS.  
 NEC. ITALI. MODO. VIRVM. HVNC. SED. HISPANI.  
 MIRANTVR. ET. GALLI. VLTIMOQVE. GERMANI.  
 SAPIENTIAEQVE. HOC. HAVRIVNT. AQVAS. FONTE.  
 SED. ILLIVS. RVMPVNTVR. ET. FREMVNT. HOSTES.  
 FRENITQVE. INANE. DENTIBVS. MALVS. LIVOR.

Preclatorum autem Familia quantopere  
 Concinae virtutes, ac doctrinam faceret, de-  
 claravit ubertime in Comitibus Generalibus,  
 Romæ coactis A. MDCCCLVI. prælidæ Bene-  
 dicto XIV. In horum quidem Actis inter  
 egregios Patres virtutis opinione illustras  
 Concinae memoria consignata est (1) hisce  
 verbis. P. F. Daniel Concina, in S. Danie-  
 lis Provincia Forojulienfis Oppido natus, at-  
 que in Venetiam nostram Congregationem vi-  
 gesimo ætatis anno cooptatus, colende, pro-  
 pagandæque virtutis studio floruit singulari.  
 Nam quon continenter præsentem animo ge-  
 neret cogitationem rerum æternarum; non so-  
 lum vite sue graviter, sanctique moderaba-  
 tur, sed homines etiam reliquos & scriben-  
 dis libris, quos complures edidit, & assiduus  
 concionibus; virtutis amore incendere conaba-  
 tur. Quo in munere tanta cum laude est ver-  
 satus, ut ab illustrioribus Italia Civitatibus  
 certatim evocaretur, & amplissima sæpe tem-  
 pla non caperet multitudinem auditorum.  
 Ab hominibus maxime alieno fuit animo; di-  
 sciplina autem Ordinis, inspiratque partici-  
 patus in omni genere studiosissimus; laborum  
 vero sic patiens, ut supra se fieri nihil posset.  
 Tali modo quon novem & sexaginta vixisset  
 annos, perpetuoque fecisset, quæ doceret,  
 Anno denique MDCCCLVI. x. Kalend.  
 Martias, eximitis editis exemplis virtutum,  
 apno placidoque animo decessit. Quo testimo-  
 nio à tota Dominicana Familia lato, at-  
 que omnium sane luculentissimo earum  
 concinæ oculi conspici optime possunt, quæ  
 Concinae nulla inter suos virtutis, atque  
 doctrinæ opinione vixisse mendacissime cro-  
 citarunt. At non PP. Predicatorum tantum,  
 sed alii quoque viri dignitatibus, & doctri-

(1) Pag. 166. Acta autem horum Comitiorum edita Romæ sunt eodem Anno.

Nos, quoniam in ejus memoriam nec au-  
 tum, aut æs pro tenuitate rerum possumus  
 infundere, numisma a perito Chalcographo  
 in ære curavimus incidendum. Exprimit por-  
 to ex una parte Concinae effigiem, cæteris  
 quidem, quæ hæcenus prodierunt, verosimili-  
 ore cum hisce verbis: P. DANIEL  
 CONCINA OAD. PRED. In altera vero Nu-  
 mismatris parte binæ figuræ conspiciantur,  
 Latinam, Græcamque Ecclesiam repræsentan-  
 tes, atque hisce notis adornate: PATRUM.  
 REDIVIVA. VETUSTAS; ipsi enim Conci-  
 na Apostolici muneris officio, & librorum  
 scriptione, in quibus sanctior Evangelii do-  
 ctrina continetur, utriusque Ecclesie Pa-  
 trum zelum, atque fervorem simulatus est.  
 Alteram & fortasse aptius numisma jam pa-  
 raveram, sed evagationem ejus consulo  
 prætermitti; nec Concinae advertarios nimis  
 exasperarem. At hisce honoribus fortasse,  
 ac monumentis non indiget Concina, qui  
 veram germanamque effigiem sui in tot præ-  
 claris locubrationsibus reliquit. Quare studio-  
 sissimus ejus potius præceperim sic memoriam ejus  
 venerari, ut omnia facta, dictaque ejus se-  
 cum revolvam, famamque ac figuram ani-  
 mi magis, quam corporis contemplantur.  
 Non quia intercedendum putem imaginibus,  
 quæ marmore, aut ære finguntur: sed ut  
 vultus hominum, ita simliacra vultus imbe-  
 cilla, ac mortalia sunt, forma mentis æter-  
 na, quam tenete, & exprimere non per alie-  
 nam materiam, & artem, sed suis ipsi mo-  
 ribus possint.

### CAPUT ULTIMUM.

#### Ingenium & doctrina.

Optimam corporis habituonem ingenii do-  
 tes eximita persequi consequuntur. Ac re-  
 fortius est Concina ingenium, solidum ac  
 fervidum, quale fere Forojulienfis homini-  
 bus inesse solet. Et quamvis eo tempore  
 litteris operam dedidisset, quo trice secula  
 sticorum omnia misceant, flexit tamen op-  
 portune animum ad priores Theologiae fon-  
 tes; & sacros nimirum Codices, SS. PP.  
 & Ecclesie Historiam, in quibus equidem  
 studii assidua fere, ac pertinaci xii. hora-  
 rum quotidiana contentione insignem, ac  
 proflata singulari sibi paravit eruditionem.  
 In Scripturam vero profanorum lectione ita  
 versatus est, ut aliquando & horum scriptis  
 pugnare posset, & eos Catholicos exagita-

re, qui somniant quædam, quæ Eristica  
 philophia professoribus nec in mentem qui-  
 dem venerant. Ex Scholasticorum autem  
 subtilitatibus id retinuit tantum, quod sibi  
 quammaxime opportunum credidit ad argu-  
 tas fere infinitas quorundam Probabilistarum  
 detegendas, atque convellendas. Inerat illi  
 ad persuadendum vis mira, atque efficaci-  
 tas, quæ in scriptis quoque ejus adpar-  
 erant. In lætentia dicenda libertatem amavit cum  
 aliorum tum suam, sicutque in omni sermo-  
 ne, atque negotio ita apertus, & candi-  
 dus, ut nihil fere eorum dissimularit, quod  
 sibi minime probarentur. Hunc porro ani-  
 mi candorem ita lingua, oculis, vultu, ac  
 denique scriptis, manifestabat, ut sinceram,  
 ingenueque mentis indolem semper, atque  
 ubique præferret. Hinc in rebus gravissi-  
 mis, atque implicatissimis discutendis quid-  
 quid e sua conscientia erant, aperiebat, unde  
 nemo unquam suspicari vel leviter posset, esse  
 gratia, aut favore cum esse locutum. Stoi-  
 clari locubrationsibus reliquit. Quare studio-  
 sissimus quædam anima suam contemplantur  
 levitatem, procul abiecerat, odereque can-  
 pejus & angus; tanta cum modestia in-  
 cendens, atque erata vultus, ut omnium ani-  
 mos sibi quamfacillime devinceret, & vir-  
 sine oris trinita sanctus, quod patris acci-  
 dit, crederetur. Suspiciosi ingenii non erat,  
 ut fere morum doctrinæ professores haben-  
 ter. Externa tamen rerum hominumque spe-  
 cie haud ita temere permovebatur, ut frau-  
 dens amantes ipsi posset imponere. Et ser-  
 vido, promotioque ingenio, atque admirabili,  
 quo perpetuo flagravat, Christianæ ethices  
 repurganda studio, manavit ingens ille li-  
 brorum numerus, quibus honos habebit  
 quoque in teris Evangelicæ doctrinæ amor  
 non frigescit. Fervidum porro hominis in-  
 genium si consideres, qui summo desiderio  
 insuper pro castigatioris doctrinæ adrenda  
 agebatur, facile dignoscens, quare nonnullæ  
 scriptiones ejus lima adhuc indigeant, & per-  
 ipsi merito debent. Quon enim flagitio-  
 ris captiosive commentationibus uno eo-  
 demque tempore a Probabilistis obideretur,  
 neminemque adjuvorem haberet, quod per-  
 mium mihi seipsum est vitium, jam causa  
 patens utique est, non occulta, quæ suas apo-  
 logicas scriptiones sæpius ad incudem non  
 revocaverit, sed eas ita uti e calamo exci-  
 derant, in lucem prodire permitteret. Quon  
 enim ejus obtrahentes scriptiones suas ja-  
 larent ubique, & stentore clamorose eas  
 esse

Nos,



esse inconcensas predicarent peritis æque ac indoctis, jam Concina in arena solus in eas quancitissime stylum auebat, ne vel minimo etiam intervallo humiliorum scripta Christianorum moribus labem inferrent, neve Evangelium doctrina injurias diutius pateretur. Atque id exequi poterat utique Concina, qui eximia rerum Theologicarum peritia pectus compleverat, & summam, expertamque scribendi dicendique facilitatem acerrimis exercitationibus erat affectus. Sunt tamen plura inter ejus Opera, quæ absoluta merito, atque perfecta dicuntur, ut suis locis jam indigitavimus. Scripta ejus magni dum viveret, habita sunt, & eorundem impoliter dignitas augebitur, imminuta jam fere copia, & gratia ejus inimicorum: qui licet ultimi pertentaverint, & modo etiam, quod permirum est, vim in ea experiantur suam, nihil tamen affecti sunt, sed palam confirmant, optima quæque, ac præstantissima invidiæ, atque obreccationi esse maxime obnoxia. Hæc sunt, quæ ipse habui, ut monumentis traderem literarum de Danielis Concina Vita, ac præclaris Scriptis.

Non sum nescius succelluros mihi scriptores, qui grandioris eloquentiæ lumine præditi futuri sint summi Viri virtuti celebranda, explicandaque magnitudini pares. Quos quidem ego saltem ea re juvero, quod ex erratis meis magnopere cavebunt ipsi ne erent, & incommoda, quæ me torserunt, nostra commemoratione admoniti vel levius ferent, vel majore antecæptæ virtutis robore muniti facile superabunt. Quæ dum egregiis ingentis, atque insigni Viri, de quo hæctenus scripsi, succretet gloria, lateque vagabitur, ego ejusdem nomini pro meo genio satis conluluisse putaverim & insignium ejus narratione virtutum, & maximo, quod modo subjeciam, pondere monumentorum. Quamquam memoria ejus, est, a nemine neglecta, in tot lucubrationibus exflaret, in quibus tanta adparent exempla virtutum, atque ejusdem in Catholicam Ecclesiam meritorum, ut nomen ejus profecto sine cujuscumque laudatione mansurum sit in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum.

F I N I S.

CA.

# CATALOGUS OPERUM EDITORUM A P. DANIELE CONCINA O P.

- I. **Commentarius Historico-Apologeticus in duas dissertationes tributus; quarum altera anti-critice animadversionibus refellit ea, quæ adversus paupertatis Disciplinam a D. Patriarcha Dominico constitutam intemperantiori critique scriptis prædiderunt Continuatoris Bollandi; altera eandem disciplinam a laxioribus P. Raphaelis de Porralio interpretamentis vindicat. Accedit Dissertatio Historica de Origine disciplinae regularis primum in Ord. Præd. per Fr. Raymundum de Vineis XXIII. Magistrum Generalem ejusd. Ordinis instauratæ, & quasiuncula moralis de Regularum personarum. 4. Venetiis 1736. Apud Stephanum Monti, sub adicritio nomine Caroli Antonii Plantamuræ.**
- II. **Dictionarium Casuum Conscientiæ Jo: Pontas &c. Accedit Fr. Danielis Concina Ord. Præd. Prefatio ad Lectorem, & Animadversiones Critico-Morales in menda Pontasiana cum Actuario duorum casuum, qui in hoc Dictionario desiderabantur. fol. Venetiis Apud Antonium Bortoli. A. 1738.**
- III. **Disciplina Apostolico-Monastica Dissertationibus Theologicis illustrata, & in duas partes tributa, in quarum una de voto paupertatis vitæ communi circumscripto, in altera de cæteris ejusd. disciplina capitibus præcipua dissertitur. Accedunt selecta quædam veterum Theologorum monumenta. 4. Venetiis ex Typographis Ballesoniana 1739.**
- IV. **La Quaresima Appellante dal foro contentoso di alcuni recenti Cassisti al Tribunale del buon senso, e della buona fede del popolo Cristiano sopra quel suo precetto del digiuno da accoppiarsi coll'uso delle Carni permesso pel solo Sacramento del vino Quaresimale. 4. In Venezia presso Simone Occhi 1739. Eodem anno curata est editio secunda, cui Prefatio Apologetica accessit. Inde denno edita est cum Apologetica Dissertatione, quæ primo prodierat ad calcem Tomi I. eundi Historiæ Probabilissimi, ac Rigorismi. Prodiit demum A. 1756. apud Sim. Occhi.**
- V. **La Disciplina Antica, e Moderna della Romana Chiesa intorno al Sacro Quaresimale Digiuno, espressa ne due Brevi Non Ambigimus, & In Suprema del Regnante Sommo Pontefice Benedetto XIV., illustrata con Osservazioni storiche critiche, e Teologiche. 4. Venezia 1742. apud eund. Simonem Occhi. Opus reculum Venetiis 1756. apud eund.**
- VI. **Della Storia del Probabilismo, e Rigorismo Dissertazioni Teologiche morali critiche, nelle quali si spiegano, e dalle sottigliezze de moderni Probabilisti si difendono i principj fondamentali della Teologia Cristiana. In 4. 2. Tom. In Venezia 1743. apud Simonem Occhi.**
- VII. **Epistole Theologico-Morales ad illustrissimum Episcopum N. N. adversus librum inscriptum: Dissertatio in Calus Reservatos Venete Dioceseos. 4. Venetiis 1744. Atque denno Venetiis, Luca, & Romæ.**
- VIII. **In Rescriptum Benedicti XIV. ad postulata septem Archiepiscopi Composselle, jejuniæ legem spectantia, Commentarius Theologicus. 4. Venetiis apud Simonem Occhi 1754.**
- IX. **Defensio Decretorum Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum Ecclesie Romane adversus duas libros inscriptos Vita claustralis, & Vindicia Regularium. 4. Venetiis 1745.**
- X. **Osservazioni critiche morali in difesa della Storia del Probabilismo e del Rigorismo contro il libro intitolato: Giustificazione di più personaggi, ed altri Soggetti ragguardevoli. 4. In Pesaro (Venetiis) appresso Nicola Gavelli 1745.**
- XI. **Elame Teologica del libro intitolato: Saggio de' Supplementi Teologici Morali Critici, di cui abbisogna la Storia del Probabilismo, e Rigorismo ec. Stampato in Luca l'Anno 1744. dal R. P. Nicolo Ghezzi. In Pesaro (Venetiis) 1745. appresso Nicola Gavelli.**
- XII. **Splicazione di quattro Paradoffi, che**

(2)

sono